DE FORTUNA. F.MAR.MANTUAE

Giovanni Battista Spagnoli

Digitized by Google

1142, 2

Digitized by Google

Digitized by Google

Google

DE FORTVNA .F.MAR.MANTVAE.

F. BAPTISTAE MANTVANI CARMELITAE THEOLOGI CARMEN DE FORTVNA.

f Ortunam antiqui uates dixere bifrontem
Et modo terribiles in nos conuertere uultus
Clementē modo ſeſe oculis promittere blādis:
Nec ſeruare fidem: ſed calliditate proterua
Principibus regniſq; graues inducere caſus.
Qđ ſi ſcire uelis non dementiſse poetas
Autores documenti huius: lege temporis acta
Inclyta præteriti: ueteresq; recurre per annos.
Aſpice Pompeium terra pellagoq; ferentem
Victrices Aquilas: et mox quaſi fulmine miſſo
Cœlitus attonitum: magnoq; a Cæſare uictum
Ire uagum: et tutas inueſtigare latebras
Incaſſum: dirumq; uolentem euadere fatum
Nec tibi læta magis Cæſar fuit: omnia nanq;
Vt tibi ſubiecit terrarum regna: repente
In tua ciuiles armauit pectora dextras:
Et q̄q̄ aduerſi ueniſset epiſtola caſus
Nuncia: nil tanto tamen in diſcrimine timuit:
Nanq; tuam mentem in uinclis fortuna tenebat.
Prætereo ꝙ te nantem uidere marina
Numina: ꝙ captum pelagi tenuere latrones.
Fallit mille modis homines: audacia cum uult
Corda facit: gelida cum uult formidine lentat

PVB. FLORENTINAE BIBLIOTH. BIBLIOTECA NAZIONALE FIRENZE 1879
2 1142 2

Fraude potens magica ſenſus Circumuenit omnes:
Mille ueneficiis agitat præcordia: mille
Lumina præſtigiis: falſis mille artibus aures
Faſcinat: irretitq; homines ut Aranea muſcas.
Vltorem picea tremefecit imagine Brutum:
Nec Genius fuit ille: fuit fortuna duobus
Cæſareæ mortis ſociis quæ triſte ferebat
Augurium: finem infauſtum: mortemq; cruentam:
AEquorei falſa ueniens in imagine monſtri
Atteis occurrit equis: et in aſpera teſqua
Littoris excuſſo currum rectore uolantem
Compulit inceſtus ſceleri famulata nefando:
Pugnaturo enſem Turno quem ferre ſolebat
Inuida ſubduxit: fragilemq; ſubintulit enſem:
Qui duo conflictu in primo ſe in fragmina ſoluit.
Te uero Palinure uolens detrudere puppi
Et dare præcipitem: uigilantia lumina blando
Paulatim inuaſit ſomno: quem ſæpe reluctans
Cum iam uiciſses miſis ad lumina lymphis
Indignata manum iniecit: traxitq; ſub undas.
Sic ui fraude dolo facit omnia: et omnia uerſat
Pro arbitrio: ridens hominum ſtudia atq; labores.
NOS quoq; tempeſtas iſta O Ptolomee redegit
In luctum: in lachrymas: longa in ſuſpiria: quando
Egidius frater nobis cum Principe raptus
Ante diem: miſsus Princeps in uincula: frater

In Tumulum:datus in predam furialibus armis. 3
Damnum utrunq; ingens:et longo tempore flendū.
Spes reditus quædam nobis medicina uidetur
Principis in caſu:ſed tu ſuauiſsime frater
Amplius ad ſuperas non es reuocabilis auras:
O iuuenis miſerande domus:dum uita manebat
Grande decus noſtræ:q̃ te fortuna repente
Suſtulit ex oculis:et funere merſit acerbo.
Te mea ſperabam uiſurum funera:quando
Tu ualidus:longo titubans ego tempore:quando
Id tua poſcebat probitas ſinceraq; uirtus
Digna coli:tibi quæ dominum placabat et urbem:
Nedum nos ſtudiis et amore et ſanguine Iunctos.
Id quoq; non paruo nobis mœrore dolendum eſt
Quod te cum multa Gallorum plæbe iacentem
Iamq; ſimul foſsa in campis tellure ſepultum
Cernere non licuit:patrioq; inferre ſepulchro.
Sed quid opus querulis ammittere uocibus horas?
AEternum Germane uale:tua ſemper imago
Mentibus in noſtris tua dulcia nomina uiuent.
RVRSVS ad inceptos redeant ueſtigia curſus:
Non promittat opem cuiq̃ prudentia rerum:
Pendit eam fortuna minus q̃ fulmina ſummos
In metis apices:et in altis montibus ornos.
Acre quid ingenium Cicero tibi profuit? Argo
Quid centum circa ora oculi? deleuit utrunq;

Sors aduerſa decus magnorum oblita uirorum
Et decus et meritum. Quid enim meruere Catonis
Innocui manes? et qui cecidere ſub armis
Tot Fabii? Quid paſſa ſuam Lucretia dextram?
Aſpice uictorem Libyæ: cui nomina fecit
Aphrica Scipiadem magnum: quo iuſtior alter
Non fuit Eneæ longæua in ſtirpe nepotum:
Hunc patriæ pietas hunc bellica gloria tantum
Prædicat: ut fines magni pertranſeat orbis
Fama uolans: et mille manens in ſæcula nomen.
Cauſa latet curnam tantas exercuit iras
In talem fortuna uirum: quem tota uocabat
Roma patrē: quē plæbs quoddā quaſi numen hēbat.
Sed quid opus multis? uiſa eſt fortuna moleſte
Id quoq; ferre: ſolent ciues odiſse tyranni
Quos plæbeius honor nimis affectatus adorat.
Ergo uolens oculte hominem uexare: malumq;
Diſsimulare animum pedetentim incendia quædam
Excitat: inuidiam conflat: conſurgere uoces
Curat in urbanas: atq; in ciuilia uerba:
Res deuenit eo patrias ut linqueret arces
Rus abiens: atq; ingratæ præponeret urbi
Exilium turbam et uanos perteſus honores.
SVNT qui ſidereis tribuant hæc omnia fatis:
Aſt ego fortunæ: quæ uis incognita quædam
Eſt homini: ſeu ſit deus ipſe: uel altera uirtus

Inferiór ſubiecta deo:cùi ceſſerit ipſe
Tale miniſterium;tantiq; negocia regni
Quicquid agit: [illegible] fieri concedere fas eſt:
Sed cur:ſcire nefas:preceps cohibere neceſſe eſt
Iudicium:deus hunc tali regit ordine mundum.
Perſonas hominum neſcit:ſine lege ſuperbos
Atq; humiles cilio petulans domat imperioſo.
Inuenies unum toto qui uixerit æuo
Liber ab aduerſis Samiæ telluris alumnum
Ac dominum:tanq̄ illius fortuna fuiſſet
Immemor:at uitæ ſupræmo in margine totum
Accepit: plenoq; hauſit cratere uenenum.
Hannibalem uicta meditantem ingentia Roma
Ne patrio ſaltem poſſet gaudere ſepulchro
Tranſtulit a Libycis Aſiana ad littora campis.
Rex Macetum populos uictor penetrauit ad omnes
Dum ſors blanda fuit.poſtq̄ ora minatia uertit
Heu miſer in mediis moriens euanuit annis:
Hectora:Pelidem:Laertiadem:Priamumq;
Prætereo:quos ut libuit fortuna rotauit:
Herculis occurrit furor et miſerabile buſtum
Totaq; perpetuis attrita laboribus ætas:
Euriſtei durum imperium:quod adire coegit
Tot longas Heroa uias:tot uoluere caſus:
Nec ſolum fortunam homines patiuntur:in urbes
Ius habet:in leges:in regna:in templa: deoſq;:

Relligio uetus interiit: quæ floruit olim
Tam longe lateq; patens ſunt irrita moſis
Atq; Numæ conſulta. Solon [illegible]det [illegible] Lycurgus
Cum florere uidet populos regna oppida: tanq̄
Inuideat rebus lætis: uel ſuſcitat arma
Bellica: uel terræ motus: uel fulmina cælo
Elicit: undantes etiam cit ab æquore fluctus
Intertas: uaſtoq; tegit ſub gurgite campos:
Dic quo nunc ſit Troia loco: quo celſa Corinthus:
Adria: Carthago: Babylon: Numantia: Thebæ.
SICVT ſpargit hyems niuibus iuga norica et alpes
Theutonicas: genus unde trahūt et Rhenus et Iſter:
Sic fortuna malis euentibus omnia terræ:
Omnia regna maris: nec habet quod tranſeat iſta
Tempus hyems: niuibus uentis et grandine ſemper
Mortales miſeros æterna in ſæcula uexat.
Nec tamen inficias ierim prudenter agendum
Semper: et in rebus curam ſtudiumq; ualere
Cum fortuna ſuo terrena negocia curſu
Ire ſinit. ſed cum pulſo clauum ipſa magiſtro
Prendit: et in ſcopulos tendit: de mercibus actum eſt:
Nil opus eſt tiphi arte tua: de remige et armis.
Propterea quisquis putat infortunia noſtro
Ex errore ſequi ſemper: mortalia neſcit:
Tum ſapimus cum iam uenere pericula: nemo
Ante: repentino properant diſcrimina curſu:

Et cum [illegible] it humanā:ſubiti errant
Fulmi[illegible] quod non diſcernitur ante
q̃ feriat: [illegible]acit ar[illegible]es fortuna ſagittas:
Quare ego culpandus erit qui rebus agendis
Deditus interdum caſus incurrit acerbos?
Nauta igitur damnandus erit qui dum mare ſulcat
Turbine uentorum rapidoq; affligitur æſtu?
Qui ſapiunt tales potius miſerantur:et optant
Incolumes:et opem ferrent:ſi ferre ſinantur.
At ueluti ſubitis eſt tempeſtatibus æquor
Subiectum:dubiis ſic grandia caſibus orſa:
QVALIA ERANT Frãciſce decus Gõzaga latinũ
Quæ dum te infelix rapuit fortuna:gerebas:
Si totiens uictor ſi poſt tot fortia martis
Facta ſemel caperis q̃q̃ tibi triſte et amarum:
Non eſt turpe tamen:nam quæ communia magnis
Sunt ducibus perferre ducem neq; turpe putari:
Nec dici a iuſto debet cenſore pudendum:
Contemplare aliis quid bellatoribus olim
Acciderit:uarioſq; hominum circumſpice caſus.
Romulidum princeps qui te Galiene recepit
In regni ſocium Perſarum a Principe captus
Vixit in ærumnis:ſeruitq; in carcere longo
EMathiæ regem luſit fortuna Philippum
Cum ſua tam pinguem cupiens in retia rhombum
Mittere:ſubridens dixit ſi uiuere longum

E[illegible] caute incæden[illegible]
Pyr[illegible]es inter primos nu[illegible]
N[illegible]se tibi quantum pru[illegible]
Debuit: [illegible]c infert uulnus temeraria [illegible]
Turba tuæ: caſum ſtudiis quæ illudere noſtris
Neſ[illegible]iet euentum quem uult dare rebus agendis.
QVID te ſcyre loquar ueterum fortiſsime regum
Q[illegible]os habuit Per[illegible]uirtus tua cognita Grais:
Cognita Romanis: nec habet tua gloria finem:
Te tamen incautum fecit fortuna putari
Cum Scythicos inter uicit te fœmina montes.
Regulus a Pœnis captus: Romamq; reuerſus
Sic illum fortuna tulit: cum uiuere poſset
Noluit: et Libycas rediit moriturus ad oras.
A patre Pompeii uictus: Romamq; triumpho.
Ductus in inſigni gemuit ſua triſtia fata
Ventidius: paruo domuit poſt tempore Parthos:
Atq; triumphali ſubiit Capitolia Curru.
Sic uariat fortuna uices: præmit alta: leuatq;
Infima: et inſtabili mortalia uentilat orbe:
AD NOVA deuenio noſtris uicina diebus
Tēpora: Turcorū Princeps Mochometicus Ildris
Arma ferens contra Scythicam Mauortia gentem
Incidit in caſses: caueisq; incluſus Ahenis
Admiranda dedit populis ſpectacula: Parthi:
Armenii: Medi: Aſsyrii: quacumq; mouebant

Victor
Squal ... re ſepț
Nec minus ... ueq parenti
In regno ... n rebus ſucceſsit acerbis
Pharſaliæ cum ſe uictorem crederet: ...
Inſidiis gentis deceptus et arte pelaſga
Præda fuit miſsis ad regia colla catenis.
HIC QVOq qui tanto Paduam molimine ...
Vt cinctã a magno memorant Agamẽnone Troiã:
Vir populis pietate pater uir maximus armis
Romanus Cæſar belgarum indagine quondam
(Cognita res uulgo eſt) captus uirtute paterna
Vix potuit tandem uinclis: uix carcere ſolui.
TE QVO qui tanta cum maieſtate gubernas
Inſubres: Ligures: Gallos animoſe Loiſi
Inuenit fortuna domi: laqueoſq tetendit:
Afflixitq diu: tecum mox fœdere facto
Fauit: et indulſit tantum telluris et undæ.
Sunt quibus eſt inimica ſemel fortuna: ſubinde
Læta fit: et rurſum magnos indulget honores.
Tranſit ad ærumnas a faſcibus atq triumphis
Exul et Extorris Marius ſperatq reuerti
Rurſus ad antiquas cœlo aſpirante ſecures
E rediit: ſicut puero portenderat olim
Nidus et inuenti ſeptem ſuper arbore pulli.
Alter Oto dum bella gerit de Cæſare factus

...ellale fuit:ſ ... ore p u

...umerare pię ...
...me ambiguis: damnabile ...er
...ūdam hominum: q inceſſere pergunt
...ute uident: et ſurgere in artum.
...MBN Alfonſi fortunam et fata ſilebo:
...eneis Tyrhenum nauibus æquor
Dum premeret campana petens reg... nq; d... cumq;
Agmine ſtipatus magno ſibi debita regna:
Vi ſubita in prædam datus eſt Genuenſibus armis
Ductus ad Inſubres (nam tunc Inſubria habebat
Imperium Ligurum) magnis cum Heroibus illam
Fortunam tulit æquo animo. ſed cruda Philippus
Inſubrium ductor regum infortunia fleuit:
Continuoq; ut rex ſolo contentus honore
Non ut Pelides qui uendidit Hectora patri
Corruptus lucro reges et murice et auro
Donatos ſua collachrymans in regna remiſit.
O diuinum hominem quis te laudauerit unq̃
Vt tua laudari debet clementia: certe
Illud opus cœleſte fuit: tu gloria ſæcli
Non moritura tui: facinus narrabitur iſtud
Dum uaga perpetuo lucebunt ſidera cœlo
Per genus omne hominum: tu uera exempla dediſti
Regibus: ut memores uiuant pietatis et æqui.

SIC QV

Mente agr
Qui ſol: ... abou
Vſq; ad uicto ... ulti ... gia prono
Condoluit: ... etas cito mitigat
Vili ani ... ſa eſt pie as: crudeſcit in
Amplius: et cilio ui ... ſultat atr
A deus ad ueniam ... acabilis
... dedit: regalia uerba
s regali operi: nam talia fatus:
ræclara quidem reges depellere regno:
Non præclara minus regnum dare: dignius iſta
Voce nihil: facto nil magnificentius iſto:
Crœſus apud Lydos dum ſe putat eſſe beatum
Perdidit imperium: rapidos proiectus in ignes
Non potuit ledi flammis: fortuna repente
Compreſsit ſubito fumoſa incendia nimbo.
Grande decus gentis Conſul Naſica latinæ
Captus ad Inarimen et punica uincula paſſus
Nauigat in Libyam: ſed mox de carceris umbris
Venit ad ammiſſos faces primasq; ſecures.
Obruor exemplis: rerum me copia uincit:
Cædam igitur uolucri rediens ad littora curſu:
CVM FVERO tecum paucis Gonzaga loquutus:
Sors tua non debet cenſeri aſperrima: quando
Non natos: non imperium: non abſtulit annos:

ca' ſiis

is haec te f[illegible] peric

[illegible]artis ag[illegible]

aricaſ gentes:

[illegible]i Perſar[illegible]

ad Ven.

Excelſum clarumq; genus:reſt[illegible]
Euganeos habuere patres:par regibus ipſis:
Publica res gentis Venetæ:quæ tempore longo
Preſidium fidei noſtræ fuit. Obiice forti
Suſtinuit turcorum iras atq; aſpera bella.
Semper apud Venetos ſtudium ſapientiæ:et omnis
In precio doctrina fuit:ſuperauit Athenas
Ingeniis:rebus geſtis:Lacedæmona et Argos
Vrbs præclara ſequens Priſcæ ueſtigia Romæ:
At modo fortunam atrocem patiuntur et aſtra
Impia:ut Aeneadæ quondam cum turbine tanto
Hannibal exultans capiundæ incumberet urbi.
Et quoniam tecum uiroſa abſinthia potant
Facti humiles:meliorem animum mẽtemq; benignã
Accipient:miſeris miſeri miteſcere diſcent:
Quando aliter rigidi nequeant lenteſcere ſenſus.
INTEREA ſummus ſeruat tua regna ſacerdos:
Seruat et armipotens Cæſar:tibi militat omnis

Gallia:cr
Quæ tibi b
Pignora om
Purſ ue gna ſci
Et tibi ciues ncta g ubern
Conſenſu unanim lis corda igne
Atq mina
Pr
F
gio animo: quo tanta tuliſti
toris a domi. Sic aſpera uinces
ora. ſic tandem ponet fortuna furorem:
ta ſperata ſalus iam proxima Si non.
erunt homines: aderit tibi totus olympus.
Theſeus ægides procul ad Minoïa regna
Miſſus: ut informi fieret cœna impia tauro
Repperit efugium monſtris obiecta marinis
Andromede cum nec pelagus nec terra ſalutem
Mitteret: auxilium ueniſſe per aera fertur:
Cum triuiæ cultros eſſet paſſurus Oreſtes:
Protinus agnouit fratrem germana ſacerdos:
Ipſa etiam fatis olim deprenſa malignis
Cum Zephyris iugulanda foret ſublata repente eſt
Vi ſuperum: gelidamq; uolans tranauit ad Vrſam.

FINIS

Impreſſum Bononiæ per Io. Antonium Platonidē de
Benedictis: Ciuem Bonon. Anno Salutis. M. D. IX.

1142.2
2
262167

Digitized by Google

MC